

Klosters von Bedeutung ist und Cäsarius von Heisterbach als Quelle gedient hat. Aus Echeberts Predigt auf Willibrord hat der Verfasser (c. 1)¹ einige erbauliche Redensarten abgeschrieben, die ich ebenfalls hierher setze, da das von Omont veröffentlichte Stück unmittelbar vor der betreffenden Stelle abbricht.

Echebert (fol. 117').

Vere Dominus et non alius virum hunc iustum et sanctum deduxisse dinoscitur, quia, ut ex scriptis gestorum eius perpendimus, ab ineunte etate non suo agebatur, sed Domini spiritu². Quis enim nisi spiritus Dei operatus est in corde eius adhuc pueri, ut blandientem sibi magnanimiter despiceret mundum et insalutatam relinqueret concupiscentiam eius ob spem perhennorum gaudiorum? Vix senibus, vix eruditibus in multa sapientia persuaderi potest, ut a venenoso mundi huius lacte ora suspendant et, que amatores suos in interitum mergit, fallacem mundi substantiam propter Deum relinquant.

Vita Davidis c. 1.

Quis enim, fratres carissimi, nisi spiritus Dei operatus est in corde adhuc adolescentis, ut blandientem sibi magnanimiter despiceret mundum et insalutatam relinqueret concupiscentiam eius ob spem perennorum gaudiorum? Vix senibus, vix eruditibus in multa sapientia persuaderi potest, ut a venenoso mundi huius lacte ora suspendant et, quae amatores suos in interitum mergit, fallacem mundi substantiam propter Deum relinquant.

Endlich sei auch hier Echeberts Brief an Abt Gerhard mitgetheilt; Sermon und Vita verdienen keine Wiederholung.

PROLOGUS ECHEBERTI PRESBITERI AD G. ABBATEM DE SUBSEQUENTI OPERE.

Domino Gerardo venerando abbati Epternacensis ecclesie Echebertus Dei misericordia id quod est salutem et orationum communicationem.

Postulastis a me, ut Vitam sancti Willibrordi patroni vestri aliqua dictaminis inmutatione renovarem, pro eo quod non satis honorabiliter vobis dictata videretur. Ad consentiendum autem vobis in hac re non me presumptio spiritus, sed magis verecundia impulit, quae me tam sol-

1) Hees S. 51. 2) Soweit reicht der Abdruck bei Omont, Notices et extraits S. 387.